



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

34. Exempti an teneantur Episcopo ad jus reverentiale.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

## QV AESTIO XXXIV.

Exempti an teneantur Episcopo ad ius reverentiale.

## SUM M A R I U M.

- 1. Exemptiones unde originem sumant.
- 2. Opinio negativa.
- 3. Opinio affirmativa.
- 4. Iacobus Puteus utramque conciliat.

**D**iximus initio huius tractatus Exemptiones ortas à similitudine juris emanicipationum, manumissionum, ceterorumque iurium quibus ex potestate superioris aliquis eripitur, lib. 1, quaest. 1, latae Rebuff. respons. 142. Unde non sine causa in hac materia dubitatum repperitur, an exempti ad instar libertorum Episcopo ad ius reverentiale teneantur, iuxta tex. 1, fin. in verb. reverentiam ubi glo. & DD. C. de bonis libert. in quo articulo sunt etiam pugnantes sententiae.

Pro negativa est. Patius Flaminius, ac ante illum Iacobus Puteus ille de resq.

2. benefic. lib 3, cap. 11, hic decisione 11, 5, par. 3.  
Atē contra, pro affirmativa Castrensi. l. sed si hac legi §. patronum n. 4. cum Apost. ff. 3 de in iur. vocando Oldra. conf. 224. Rom sing. 482. per tex. in l. fin. ubi Bal. & Barth. & Apost. in verb. reverentiam C. de bonis libert. Ballus tract. de prescript. part. 1, quinta part. q. 12. nu. 6. Felin. in cap. cum inter. n. 4. circa med. de re iudic. cap. cum non licet n. 2. de prescript. videatur idem Fel. in cap. conquerente in pr. ubi alios allegat. de offic. ordin. Barth. tract. de Episcop. lib. 4, par. 2, qu. 35. n. 8. Belleni. de charit. subfido quaf. 28. Utramq; Puteus hoc fōdere conciliat, nempe ut exempti exemptione data ab Episcopo ad ius reverentiae teneantur, si vero Pontifex exemerit ab ordinario, tum quoque à reverentiali iure exemptione concessa esse censeatur. Puteus d. decif. 115.

## QV AESTIO XXXV.

Exempti cui confiteantur.

## SUM M A R I U M.

- 1. Exempti comparantur extraneis.
- 2. Extranei sortiuntur forum in loco delicti secus vero forum pénitentiale.
- 3. Pénitentiale forum est improrogabile.
- 4. Exempti prorogare non possunt péniten-
- tiāle forum Episcopi.
- 5. Exempti possunt eligere confessorem.
- 6. Eligere possunt Episcopum qui absolute delegata potestate.
- 7. Limitanda omnia nisi exempti subfinis spiri-